

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

Octobris Die

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

# SURRIUS

OCTOBER  
VIII  
5

## SEPTEMB RIS XXVIII.

218 Secundi libri explanationum in Zachariam istud exordium est: quem tanta ceteritate dictamus, ut penè non sit emendandi spatium, dum frater Sisinnius Aegyptium ire festinat, ut odorem bona fragrantie, qui à te missus est fratribus, illuc quoque perferat: Et nequaquam Aethiopia flumine, sed Galliarum largissimis aquis rigentur à tua sitientia.

S. Hieronymi re-

stimatorum

de odore

virtutum

Exuperij

# OCTOBER.

VITA S. MARCELLINI RAVENNA-  
TIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN HIE-  
RONYMI RUBEI VIRI DOCTISSIMI HISTORIARUM RAVENNATUM LIB. I.

Octob. 5.

S. Marcellinus fit  
Rauennatum Anti-  
stites.



GAPITO, Rauennatum decimo Archiepiscopo, Marcellinus succedit, trigesimum circiter annum supra ducentesimum ab ortu Christi, Urbano adhuc Romano Pontifice. Septem & quadraginta annis Rauennati Ecclesia prae- fuit Marcellinus, tanta sanctitate atque innocentia, ut vel sola opinione homines maleficio deterretur, & ad leges diuinas seruandas ac colendas inflammeret. Sepiùs caco- demonum furem (tanta in illo fuit, magnitudo & pra- stantia benignitatis diuina) nullo labore comprelit. Cum que virum sanctum illi, dispositis insidijs, vallatum tenerent, ac circumveniissent: eo Deum suppliciter inuocante, statim prostrati, misereque afflitti sunt. Huius tem- pore Fusca virgo nobilis Idibus Februarij sub Quintiano praeside, qui in Sicilia Agatham trucidavit, ob Christi religionem Rauennæ interfecta est. Ea quoque tempe- state adeò in Christianos sauitum est, ut paucissimæ eorum familiæ, nudum ciuitates, eius calamitatis expertes fuerint. Nam Germani, Alpibus, Ræta, viueraque Transpadana Gallia penetratis, Rauennam usque, facta excursione, omnia deprædati sunt: & vndique nouæ gentes finibus egestæ, ipsum orbem viueros pertur- batura videbantur. Gothi in Græciam, Macedonia mque erumpunt: Quadi & Sar- mate Pannonias depopulantur: Germani occupant Hispaniam: ipsiunque Imperium ab tyrannis tringita arripit. Sub id igitur tempus Marcellinus Rauennatum Antistes, in tanta perturbatione, vario rerum euentu, miserè grauiterque affectus, animam exhalauit tertio Nonas Octobris. Dum extrellum spiritum duceret, eius cadaver ferunt vnguētorum suauissimorum diuinum odorem effusisse. Sepultus est in diu Probi basilica.

VITA S. ATTILANI EPISCOPI ZA.  
MORENSIS ET CONFESSORIS, VT HABETVR  
in Lucy Marinei Siculi, Regi Historiographi, de  
rebus Hispaniae libro quinto.

5.Octob.

S. Attilan-  
fit mona-  
chus.

Creatur  
Prior.  
Fit Episco-  
pus Zamo-  
rensis.



PER AE precium est, Sanctorum vitam, virtutes & gesta cognoscere, vel propter eorum memoriam, quæ semper eluceat, vel maxime propter exempla, quæ sunt nobis salu- tifera documenta. Quarè beatus Attilanus unum agens quintum & vigesimum, audiens in Morerola monasterio, quod à Samora nō longè distabat, homines sanctissimè vi- xisse, illuc statim se contulit. Vbi decennium sub Floriani Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem, sanctità- temque cognoscens Florianus, cum in monasterij Prio- rem constituit. Quorum temporibus Zamorensis atque Legionensis pontifices à mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus in Legionensi successerunt, propterea quod per omnem regionem clarissima

corum fama virtutum peruolabat: Qui die sancti Spiritus illo mysterio fuere  
roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesque populos summa cu-  
ra gubernabat, & annos ferè decim magnos & assiduos labores tolerabat. Qui  
memor exacte vite, criminumque suorum quæ anteà commiserat, peregrè pro-  
ficieti statuit. Episcopatus itaque reditus pauperibus mandat communes fieri,  
quod multis rationibus suos hortatur, quoniam necessitate coactus, se per aliquot  
tempus recessurum dicebat. Quod si fecerit mandatum fecissent, Deus iratus male-  
dictione condemnaret. Hoc audientes, qui vitam eius nouerant, clamant omnes:  
Te sequemur quocunquè vadis, ô mortalium omnium clementissime, quarè nos  
in tanta calamitate relinquas: Per Deum vnicum quicquid rogas, nos facturos tefta-  
mur. Ille autem fidem verbis illorum adhibens, cum eos benedixisset, statim disce-  
dit. Cumque venisset ad pontem prope templum sancti Laurentij, annulum quem  
digo gerit, de ponte proiecit in flumen, dicens: Quando annulum hunc  
reuisero, tunc ab omnipotenti Deo omnium delictorum meorum veniam prome-  
rebor. Indè autem discendens cum uno comite quem plurimum diligebat, adeò se-  
stinauit, ut eum defatigarum reliquerit in itinere. Solus itaque se pannis induit  
quam vilissimis, adeò ut à nemine cognosci posset, & duos annos eleemosynis vi-  
xit. Quem tandem vox in sonnis audita, diuinitùs sic admonuit: Attilane, iamia-  
tuum ad pontificatum perge, tua enim exaudita sunt preces. Ipseque præcepto au-  
ditu, se itineri accinxit. Venit itaque nocte ad eremum quæ sancti Vincentij de Cor-  
nu vocabatur, & conuicina sancto sepulcro, ubi quædam muliercula cum marito  
suo illum in paruo domo receperunt, eique cœnam non lautam quidem dede-  
runt. Manè autem maritus & vxor pro pescibus ad Episcopi domum vadunt, vt an-  
te confueverant, & Attilanum rogant ut interim domum custodiat. Quibus dan-  
tur pescis, immemores vnius quem domi reliquerant, reuersi pro eo dederunt pis-  
cem maioris ponderis. Quos pescis Attilanum rogant ut preparet, donèc ipsa pro  
aqua, & maritus pro igne vadunt. Quibus Attilanus respondit, obsequenter. Cum-  
que maiorem pescem accepisset, dum eius viscera volueret, annulum quem à pon-  
te deicerat, inuenit. Tunc repente pronus, & genibus flexis Deo gratias egit, & con-  
tinuò sponte campanæ sonitum dederunt, & magna totius ciuitatis admiratio or-  
ta est. Quapropter per omnes domos, & hospitia atque hospitales perquirunt, ni-  
hilque comperiebant. Cùm essent itaque omnes solliciti, tandem vir quidam, pro-  
curator rei familiaris Episcopi, meminit de viro quodam, quem muliercula sibi  
dixerit hospitium apud se, necius cuius dignitatis esset. Omnes illuc concurrunt  
sacerdotes, & tota ciuitas. Attilanus autem ueste non preciosa, neque noua, sed vi-  
lla atque detrita inuentus est, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes  
& Deo gratias agentes, cum magno gaudio reduxerunt in ciuitatem: qui postea vi-  
xit annos circiter octo, sanctis semper operibus incumbens. Quem vita funeturum  
nomine ciuitatis, Urbanus Pontifex Maximus, in sanctorum numerum canoniza-  
tum aggregauit. Anno millesimo secundo, quo regnabat in Hispania Rex Hen-  
ricus.

## MARTYRIVM SS. FAVSTI, IANVARII ET MARTIALIS, AVTHORE LVCIO MARINEO SL culo, Regio historiographo, de rebus Hispaniae libro quinto.



LIM cùm Præses Eugenius Cordubam venisset, ei Fau- 19 Octob.  
stus, Ianuarius, & Martialis occurserūt dicentes: Quid tibi  
vis Eugeni, q̄ Dei seruis mavis inuidere quam credere? Tūc  
Eugenius ira percitus, dixit: O infelices homines, quid vos Martyrū  
esse vultis? Faustus respōdit: Nos Christiani Christū faten- confessio.  
tes, qui Dominus vñus est, per quem omnia & nos per ipsū  
facti sumus, Eugenius dixit: Vnde vobis est hæc tam despe-  
rata societas? Faustus respōdit: Desperatio in nobis non est,  
nisi in te solo, qui nos Deum negare frustrā cōpellis. Hoc  
cum dixisset Faustus, magis iratus Præses, Imponite, dixit, Faustum in eculeo, qui rā  
irreuerenter mihi respondit. Tunc Ianuarius Fausto dixit: O charissime, tu pro no- S. Faustus  
tis  
t 2 bis

# SURRIUS

9 der  
Mutter  
EVIII  
5

in ecclleo  
suspeditur

Item S.  
Martialis.

S. Fausti  
nares & au-  
riculae pra-  
cidentur.

Item S. Ia-  
nuarii.

Gen. i.  
Psal. 113.

Sæti mar-  
tyres igni-  
bus cõbu-  
runtur.

22. Octob.

S. Lupetius  
multis sup-  
pliciis affe-  
ctus, capite  
ceditur.

Capitis ei⁹  
miraculo-  
fa inuctio.

220  
bis hoc pateris, qui meritis peccatorum nostrorum te socium esse voluisti. Cui Fau-  
stus respondit: Societas nostra, Ianuarii, mansit in terra semper, & im perpetuum ma-  
nebit in celo. Hoc cum audisset Eugenius, admiratus dixit: Quæ est ista nunc allo-  
cutio vestra, quod tam impie voluisti responderem mihi? Ianuarius dixit: Nobis con-  
fessio Christi, & nulla impietas est. Tunc Eugenius ad Martialem conueritus dixit:  
Vides istorum animi dementiam, qua te in societatem suam contraxerunt: Noli  
maleficiis istis & impijs te credere. Cui Martialis dixit: Solus Deus immortalis est,  
qui celum fecit & terram, ipse pro tuis malis operibus te puniet. Quod audiens Eu-  
genius, Et hic, inquit, ponatur in ecclleo. Quod cum fieri vidisset Martialis, o beata,  
dixit, immortalitas gloria Christi, qua nos tibi frater Fauste sociasti. Tum dixit Eu-  
genius satellitibus suis: Torquete eos donècadorent deos nostros. Faustus autem dum  
torqueretur, Difficile est, inquit, tibi, & patri tuo, qui diabolus est, nos à paternis legi-  
bus, ad mortalitatem tuam conuertere. Propter quod Eugenius dixit: Abscindan-  
tur ei nares, & auriculae, supericia radantur, dentesque mandibula superioris que-  
lantur. Quod cum factum esset, Faustus Deo gratias agens, magis hilaris factus est. Eu-  
genius Ianuarii dicebat: Videsne Ianuarii, quanta tormenta passus fuerit Faustus, dum  
deceptoris opinione sua, pertinaciter imperio meo parere recusat? Ianuarius autem  
dixit. Impietas ista & pertinacia Fausti in me maneat, & eius vinculum charitatis.  
Ad cuius verba dixit Eugenius: Auferantur & huic quæ illi præcepimus. Dumque  
torqueretur Ianuarius, Eugenius Praeses Martialem sic alloquitur: Vides Martialis  
sociorum tuorum dementiam, & qua illis mala venerunt? Tu igitur confuse tibi,  
teque disiunge ab illorum mala consuetudine, prauaque voluntate. Martialis autem  
dixit: Consolatio mea Deus est, quem ipsi magna voce testantur, ideoque confi-  
dens & laudandus est Deus, Pater, & Filius & Spiritus sanctus. Tunc Eugenius maio-  
ri furore succensus, iussit eos igne comburi. Cumque perduci fuissent ad locum sue  
passionis, sic uno spiritu plebem Christi alloqui coepérunt, dicentes: Vos charissimi  
mei, & Christi fideles, nolite credere huic diabolo inimico, sed agnoscite vos ad  
Dei similitudinem & imaginem esse factos. Illum igitur adorate, & illum benedicite  
qui auctor est omnium: non, vt isti dicunt, adoraris opera manuum ipsorum, quoni-  
am ligna, & petra, aurum & argentum sunt, opera manuum hominum. Vos itaque  
contemnentes huius iniuriam, & confidentes in Iesu Christo, soli Deo sine cel-  
tione quotidie referre laudes. Et cum ducerent eos lixores, per quorum manus fu-  
erant cruciati, coepérunt eos igni compellere, simulque traditi flammis, exultantes  
tradiderunt Deo spiritum.

## DE MORTE S. LVPENTII MARTYRIS ET ABBATIS GABALLITANI, EX LIB. VI. HISTORI- ARUM Gregory Turonensis. Cap. 37.

V PENTIVS verò Abbas basilica sancti Priuati martyris urbis Gaballitani, à Brunichilde Regina accessus adue-  
nit. Accusatus enim (vt fertur) fuerat ab Innocentio supradi-  
cta urbis Comite, quod scelustum aliquid effatus regina  
fuisset. Sed discussus causis, cum nihil de criminis laesie mai-  
statis conscientia esset inuenitus, dimissus est. Verum ubi viam  
carpere coepit, iterum ab antedicto Comite captus, & ad Po-  
teconem villam deducetus, multis supplicijs est affectus. Di-  
missusq; iterum vt rediret, cum super Axonam fluvium te-  
teriorum terendisset, iterum irruit super eū inimicus eius. Cuius vt oppressi amputatu-  
caput in culleum oneratum lapidibus posuit, & fluminis dedit, reliquum verò cor-  
pus vinclum cum saxo immergit gurgiti. Post dies verò paucos apparuit quibusdā  
pastoribus, & sic extractus à flumine, sepultura mandatus est. Sed dum necessaria  
funeris pararentur, & ignoraretur à populo quis esset, praesertim cum caput trunca-  
ti non inueniretur, subito adueniens aquila levavit culleum à fundo fluminis, & in  
ripa depositum. Admirantesq; qui aderant, apprehenso culleo, dum solicite quid cō-  
tineret inquirunt, caput truncati reperiunt: & sic cum reliquis artibus est sepultus.  
Ferunt autem lumen ibi diuinis nunc apparere. Et si infirmus ad hunc tumulum  
fidiliter deportatus fuerit, accepta hospitate recedit.

MAR



MARTYRIVM SANCTARVM SORO-  
RVM NVNILONIS ET ALODIAE, AVTHORE LV.  
cio marino Siculo, Regio historiographo, d'erebus Hispaniae  
libro quinto.



NNO Christianæ salutis octingentesimo quinquā. <sup>22. Octob.</sup>  
xsimoprimo, cūm Sarracenorū gentes Hispaniā  
erē totam occupāscent, p̄ceperunt vt qui Christia-  
nus esset, aut Christum filium denegaret, aut gla-  
Sarraceno  
rum impī-  
tio sectus occumeret. Quod impīum electū & fe-  
rale preceptum, per Hispaniam totam diuulgatum,  
magnum timorē Christianis omnibus incusit. Qua-  
dopter Hispanorum complures religioni Christia-  
ne, libiq; prudentissimē cōfidentes, & nefandā Ma-  
nometi sectam fugientes, patriamq; suam deferē-  
tes, ad Pyrenaeos montes, & Cantabriæ, Galleriæque  
montana loca sese cōrulerunt: quorum successores  
post multos annos Hispaniæ fuerunt recuperationis  
authores. De quibus in libro de Aragoniæ Regibus historiam scripsimus pleniore.

Quare nunc ad Nunilonem & Alodium martyres redeo.  
Erant itaque sub idem tempus in Osea citerioris Hispaniæ ciuitate duæ sorores, <sup>SS. Nuni-  
lonis & A-  
lodia pa-</sup>  
trare admodum parvulae, quarum altera natu major Nunilo, & altera dicebatur <sup>Iodice pa-</sup>  
Alodia, quas pater iniquus dereliquerat, & mater quæ Christiana erat ab infantia tria & pa-  
nurrierat, & in fide Christi diligenter edocuerat. Illa autem matre defuncta, cūm <sup>tria & pa-</sup>  
ad intellectu atatem peruenirent, coeperunt in fide Christi proficere, ieiunij, vi-  
gij, & orationibus incumbere: Quibus, & gratia sancti Spiritus audiuta, martyri. <sup>Ieiunij, vi-  
gilij & o-  
rationibus  
vacant.</sup>  
um fortissimē pertulerunt acerbissimum. Obeatissimæ virgines atq; fortissimæ que  
amore Christianæ religionis accensæ, mundi fallacias, tyrranos, & mortis tormæ  
Martyrio <sup>Martyrio  
coronatur</sup>  
ta vicerunt, vt in celum viætrices & triumphantes ascenderent.

MARTYRIVM SS. SERVANDI ET GERMANI,  
VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI, REGII  
*Historiographi, d'erebus Hispaniae libro quinto.*

EGIMVS quoquè Seruandi & Germani martyrium, qui <sup>23. Octob.</sup>  
cūm viri nobiles essent, dæmones expellebant, & per impos-  
itionem manuum multos languores curabant in Emerita <sup>Sædi mar-</sup>  
vrbe Lusitania prouincia. Quod cūm preses audisset, eos ad <sup>tyres mira-</sup>  
se vindicta catenis adduci iussit: & in Mauritaniam prouincia, <sup>culis coru-</sup>  
ciam profecturus, secum ducere decreuit. Illi autem labores  
itineris, catenam & famam gaudentes, animi virtute tolera-  
bant. Tandem cūm ventum esset in locum qui dicebatur V-  
fianus, apud Gades, iussit præses vt colla eorum carnifices  
amparentur. Duci igitur ad collem, flexis genibus orantes Deum, gladiū sacrī cer. <sup>Cæduntur</sup>  
uicibus excepunt: Quorum Seruandus Hispali cum Iusta & Rufina, Germanus capite.  
verò in Augusta Emerita sepultus est.

VITA S. LUCIANI MARTYRIS, PER SVIDAM  
SCRIPTA, ALBERTO LINO INTERPRETE.

VCIANVS martyr Samosatensis, quæ est Syria ciuitas, vir <sup>26. Octob.</sup>  
nobili genere natus, ab ineunte ætate cum quadam Macario E-  
desse commorante, sacrasq; literas explanante versatus, quicquid  
apud illum optimum ac præstantissimum inuenit, haud multo  
tempore percepit, atq; in solitariam vitam fecerit, omnesq; absolu-  
lute virtutis numeros explevit. Prouectus est autem & ad facer. <sup>S. Lucianus  
fit presby-  
ter.</sup>  
dotium, presbyter Antiochiae factus, ibique ludum litterariorum  
magnum aperuit, vndique studioissimis alijs aliundē ad eum disciplina causa con-  
currentibus.

t 3 Hic

# SURITUS

ad  
Mister  
EVIII  
5

222

OCTOBRIS XXII.

Hic quum sacra volumina multis esse mendis adulterata corrupta; competit, quod tempus, & frequens eorum descriptio multa in ijs vitiauerant, ad hec quod improbissimi quidam homines, qui doctrinæ Gentilium præerant, germanum eorum sensum peruertere voluerant, adulterinam, multa interseruerant. hic, inquit, quum sacros codices vniuersos sumpsisset in manus, eos ex Hebraica lingua, quam & ipsam optimè callebat, in pristinam integritatem restituit, non mediocri ad huiusmodi correctionem labore suscepit. Quin etiam diuinorum dogmatum puritatem apud hunc omnium maximè qui illa tempestate fuerunt, summe conservatam inuenias. Nam & epistolas edidit admodum certè egregias, ex quib. facilimè quivis perspiciat, quam vir ille in rebus diuinis sententiam tenuerit. Affectus est autem martyrio Nicomediae, quæ est in Bithynia, Maximiniano imperante.

Martyrio  
afficitur.

# NOVEMBER

## SANCTI IOHANNIS DAMASCENI, DE ADORATIONE IMAGINVM IESV CHRLSTI ET SANCTORVM EIVS, SERMO: IAC. BILLIO interprete. Habetur libro eius quarto cap. 17. De orthodoxa fide.

t. Moueb.

Gen. 2.  
Cui adoratio hominibus adhaeretur.

Exod. 33.

Exod. 25.  
Heb. 9.  
3 Reg. 6.

Psal. 96.  
Scriptura non est contra cultus imagines, sed contra idololatrias.

Gen. 8.  
Dens depin-  
gi nequit  
neuti est.

Bar. 3.



VONIAM autem nonnulli eo nomine nos reprehendunt, quod Saluatoris, ac Domini nostre, reliquorumque Sanctorum, ac Christi seruorum, imagines adoramus, atque honore afficiamus, audient velim, quod Deus ab initio hominem ad imaginem suam finxit. Qui sit igitur, ut alios adoremus, nisi quia ad Dei imaginem facti sumus? Nam ille, magna rerum diuinarum preditionis eruditio Basilius ait, Imaginis honor ad exemplar transit. Exemplar poterò est id, cuius effigies exprimitur, ex quo forma hinc deta fit. Quid ergo causa fuit, quamobrem Moysicus populus tabernaculum illud, quod caelestium rerum, immo vniuersa creaturae imaginem ac figuram gerebat, vnde diuina adoraret? Ait quippe Deus Mosi: Vide ut omnia facias iuxta formam tibi ostensam in monte. Quid? Cherubin illa quæ propitiatorium obumbrabant, an non humanarum manuum opera erant? Quid? Hierosolymitanum illud clarissimum nominis templum, an non manu, atque hominum arte construendum erat? At scriptura diuina eos, qui sculpsilia adorant, demonisque vietimas offerunt, infestatur. Siquidem, tum Graci, tum Iudei sacrificabant: verum Graci demonijs, Iudei autem Deo. Ac proinde Græcorum quidem sacrificium recipiebatur ac damnabatur: Iudeorum autem Deo gratum & acceptum erat. Obtulit enim Noë sacrificium: & odoratus est Deus odore suavitatis, vt qui proba ipsius voluntatis, atque erga se benevolentia, suavitatem comprobaret. Ita, Græcorum quidem sculpsilia, quoniam demonum simulacra erant, improbata quoque atque interdicta erant. Ad hanc, quisnam est, qui inuisibilis, & corpore vacantis, ac circumscriptionis & figuræ expertis, Dei simulacrum effingere queat? Extremæ itaque dementiae atque impunitatis fuerit, diuinum numen fingere ac figurare. Atqui hinc est quod in veteri testamento minimè tritus ac perulgatus imaginum vsus erat. Posteaquam autem Deus ob viscera misericordia sua, salutisque nostræ causa, homo vere factus est, ac non iam vt Abraham, nec vt prophetis, humana specie conspicandum se præbuit: verum essentialiter, ac vere homo extitit, atque in terra versatus est, & cum hominibus consuetudinem habuit, miracula edidit, pallus & Crucifixus est, resurrexit, assumptus est, atque hac omnia vere contigerunt, & ab hominibus perspecta sunt: literarum quidem monumentis, ad alendam memoriam nostram, & doctrinam eorum, qui tum non aderant, ista mandata sunt: vt ea quæ non vidimus, audientes ac credentes, beatitudinem eam quam Dominus prædicauit assequamur. Verum